

tui amoris ecclesiam tuam summis nituntur decorare obsequiis. tu eis domine magna proparus recompensa. ut devotionem eorum accipiens peccata dimittas. fide eos repleas. in dulgentia foueas. misericordiam preceas. aduersa destruas. prospera concedas. habeant in hoc seculo bone actionis. caritatis studium. sancti amoris effectum. & in eternum cum sanctis angelis adipiscantur perpetuum regnum. Amen.

**C**onsecratio sacre uirginis que in epiphania in uirginitate pascitur in aplos galaticis celebratur. Omnes qui ad sacros ordines debent promoueri ante promouitionem euangelium ab episcopo debent consecrari. quia ab eis predicatio sancti euangelii prout mundum diffunditur. Virgines autem et indue post lectum euangelium debent recitari. quia decet eas & per euangelium predicari. Virgines pro parentibus cum oblatione offerant. & ille in uoluntate manus eius in pallam altaris recipiat dicendo cum antiphona. Ipsi sum desponsata cui angelus seruus sit cui pulchritudinem sol et luna mirantur. Sanctissima uirgo cum ad consecrationem sui episcopi offert. in tabulis uestibus applicet quibus semper usura est. puritatem & sanctimonie aptis. In primis autem offerantur illa uestimenta ante altare episcopo ad benedicendum. oratio.

**O**mnis fratrum bonorum fidelissime promissor. certissime pro